

Distinctionum Primi Libri Sententiarum.

hantur pro persona simul, & essentia, & per hoc simplices capiebant: quod tamen modo pro persona tantum, sine periculo accipiunt. Est autem proprietas personalis patris, generare filii, generari, ipsi uisus sancti, peccare uel spirari. Quæ quidem proprietates, relationes quædam sunt, quibus personæ adinuicem relatae distinguuntur: & paternitas, filiatio, & processio, dicuntur. A quibus, & personarum nomina, scilicet pater, & filius, & spiritus sanctus, sumuntur. Neque tamen, quia relatiua sunt, accidentaliter dicuntur: quia in commutabiliter prædicantur. Dicitur autem solus filius in diuinis proprie filius Dei, homines autem per adoptionem tantum filij Dei dicuntur. Sicut, & hoc in intellectu, esse donum, est spiritus sancti proprium, quod, & ipse ad alias personas refertur. Quamuis etiam omnes communiter personæ nomine spiritus sancti sumpto essentialiter nominari possunt, tertia tamen personæ appropriatur sumptum relatiuè, & per hæc omnia, scilicet donum, & spiritus sanctus, ipsius intelligitur relatio, cui nomē non est impositum.

Personarum perhibent distingui proprietate,

Prædicat exteruum non tamen illa genus.

DISTINCTIO XXVII. QVAE INCIPIT,

Hic queri potest, epitime. *eadem est patris proprietate, quæ his significat nominibus, pater, paternitas, generatio actiua. Et filij, quæ significatur uerbis his, quibus sunt, filius, filiatio, generatio passiua, & spiritus sancti per hæc, quæ sunt, spiritus sanctus, spiratio passiua, & procedere ab uisus. Significatur tamen hæc proprietate per ista nomina diuersis rationibus. Nominibus enim personarum (quæ sunt, pater, filius, spiritus sanctus, significatur non tantum proprietates, sed etiam hypostases: nominibus autem proprietatum, ut sunt, paternitas, & filiatio, &c. significatur ipsæ proprietates, secundum se, uel actus ipsarum proprietatum, ut generare, nasci uel generari. Sunt autem, & nomina, quæ proprie filio conueniunt, & personalè eius proprietate præcisè exprimunt, quæ non substantialiter, sed respectu de eo, respectu patris dicuntur: qualia sunt, genitus, uerbum, imago. De enim genitus genitoris genitus, & sic de alijs. Essentialia etiam quæque ponuntur pro personis, ut Deus de Deo, Deus genuit Deum, lumen de lumine, sed non e conuerſo. Non enim dicimus, uerbum de uerbo, uel filius de filio, &c.*

Vni personæ si multa uocabula dentur,

Res eadem multis fit manifestamodis.

DISTINCTIO XXVIII. QVAE INCIPIT,

Præterea considerare oportet &c. epi.

Præter eas proprietates, quæ supra dictæ sunt personales, ut est paternitas, & huiusmodi, sunt adhuc quædam aliæ, de quibus est nomē ingenus: quod ad patrem spectat, & tamen aliâ, quæ hoc nomē paternitas, proprietatem importat. Non enim de ratione patris est esse ingentium, cum ab his hoc aliquis esse possit pater. Est autem sensus alius illarum propositionum, patrem esse, & filium esse, quia hoc idem est, vna enim est essentia diuina, qua uterque est. Et illarum esse patrem, & esse filium, transpositis scilicet terminis. Non enim est eadem proprietate, qua ille est pater, & alter filius, ut patet. Notandum quoque, quod nomē imago relatiuè quibus sumitur, & tunc solis filio conuenit. Sumitur autem, & quandoque essentialiter pro tota trinitate, ad cuius scilicet imaginem homo dicitur creatus. *Et pater, ingentis eog nomine dicitur apto.*

Dicitur, & natus solus, imago patris.

DISTINCTIO XXIX. QVAE INCIPIT,

Est præterea aliud nomē &c. epi.

Hoc nomē principium, in diuinis dicitur ad aliquid, & multiplicem notat relationem. Conuenit enim toti trinitati, & singulis personis. Est namque pater principium totius diuinitatis, quia principium filij, & spiritus sancti: sic est principium sine principio. Spiritus sanctus autem est principium creaturæ, & principium de utroque. Estque tota trinitas totus creaturæ unum principium, & hoc ex tempore. Quamuis autem, & vna persona sit alterius principium, ut ita dictum est: hoc tamen non est ex tempore, & essentialiter, sed notionaliter. Sunt autem, & unum principium spiritus sancti, pater, & filius: & hoc una notione, quamvis hæc, ut Magister dicit, non habeat nomē impositum, quod tamen hodie a doctoribus dicitur eius spiratio. *Omnes principium personas dicimus unum.*

DISTINCTIO XXX. QVAE INCIPIT,

Sunt enim quædam quæ ex tempore &c. epi.

Aliqua sunt relatiua, quæ de Deo ex tempore dicuntur, sine tamen sui mutatione, unde nec per hoc eia aliquod accidit, sed rei temporali: qualia sunt, creator, dominus, refugium, donatum, & huiusmodi. Tunc enim cœpit hoc modo Deus esse creator, quando cœpit esse ipsa creatura, & sic similiter de alijs. De tempore tamen dicitur, quod Deus non cœpit esse dominus temporis in tempore: sed cum tempore, eo, quod tempus in tempore esse non cœperit. Est ergo talis relatio realiter solū in creatura: in Deo autem solū eius appellatio, seu secundum rationem. Fit enim hoc, ut dictum est, si ne ipsius mutatione, sicut in simili nūmus sine mutatione sui sit precium. Hinc, & patet, quomodo spiritus sanctus puris mentibus sine sui mutatione confertur. *Sit dominus rerum, quamuis in tempore factus, Non demutatūm dicimus esse Deum.*

DISTINCTIO XXXI. QVAE INCIPIT,

Præterea considerare oportet &c. epi.

Illam nomina æquale, & simile in diuinis relatione quidem dicuntur, sed ea est solum relatio rationis. Nihil enim est sibi ipsi æquale, sicut nec simile: & tamen personarum æqualitas est secundum essentiam. Æqualitas ergo in diuinis nihil aliud est, quæ identitas uirtutis diuinarum personarum, estque relatio eundem nomen, seu rationis tantum. Et idè dicitur de ly simile. Qua propter, & aliqui dicere uolebant, quod illa nomina in diuinis nihil ponerent, quod, & Magister approbare uideret. Sed hoc non tenetur. Affirmatur autem in diuinis secundum appropriationem de patre unitas, & eternitas, quia illa pertinet ad principium, qui & in nascibilis dicitur. De filio autem imago, species, & pulchritudo, & æqualitas, ob perfecti patris repræsentationem. De spiritus sancto amhorū nexus, & charitas, munus quoque, & uisus: quæ ipsū, & ab ipso oia nobis donant. Quia uerò neutrum genus ad essentiam refertur, masculinum uerò ad personam, seu hypostasin, ideo pater, & filius, & spiritus sanctus dicuntur quidem unum, non autem unum, nisi cum additione, ut vnus Deus, uel huiusmodi. *Natura æqualis, non proprietate parenti.*

Filius, ac unum, non tamen unum erit.

DISTINCTIO XXXII. QVAE INCIPIT,

Hic oritur questio ex prædictis, & c. epi.

Pater & filius in diuinis diligunt se spiritus sancto, & hoc, capiendo diligere notionaliter, ut ponitur,